

petit Lutherum, Philippum, & alios pios & sinceros Ecclesiæ doctores in his terris, & alibi, & suam malitiam & cruentum animum detegit atq; prodit, sed opus est testimonij sacrae scripture, & veritatis amore, & gloria Dei ac salutis piorum cura atq; studio. Si Episcopi, inquit Lutherus, concederent libertatem & usum doctrinæ celestis veritatis, secundum expositionem confessio-
nis editæ, retinerent sua bona, suamq; dioecesin nostra pace, quemadmodum Valerius Episcopus Hipponensis non idoneus ad concionandum, sub-
stituit Augustinum, qui suo loco haberet conciones.
Quid quæso dici largius, quid concedi amplius
debet aut potest? Et paucis hisce, res sanè magnas
comprehendimus, de quibus aliâs copiosius forte
dixerendum erit, addita solummodo hac commo-
nafactione, uniuersum illud, quod per nos postu-
latur, aliud esse nihil, nisi Verbi diuini integri-
tatem & dignitatem, concedendam nobis ab ad-
uersarijs, & consistentem in his: primò, quod
Christus solus & unus sit redemptor, iustificator,
mediator & saluator noster, merito sue obediencie
& passionis, absq; nostris & omnium aliarum
creaturarum operibus, additamentis, sanctimo-
nia & meritis, & quod haec Christi beneficia per
solam fidem, qua ex Verbo Dei audito & lecto à
Spiritu sancto donatur, efficitur, & retinetur,
nobis applicentur, & approprientur: secundo,
quod solus inuocandus sit is, qui est omnipotens

H 5

& mag-